

THE DESCRIPTION OF THE WORLD & OF MAFFEO THE YOUNGER  
Componiturum commissariis meis suprascriptis Et eorum successoribus aureas  
libras quinque Et Hec mei testamenti Cartula in sua permaneat firmitate. Signum  
suprascripti Marci paulo Qui Hec Rogauit fieri.—

Ego benedictus clericus sancti seueri testis

Ego leonardus clericus sancti seueri testis subscripsi

Ego marcus de bonouicino presbiter Et notarius compleui Et Roborauit.

(Biblioteca Marciana. Cod. Lat. V, 58, 59. Collocazione 2437,38. fol. 31.)

2. Will of Maffeo Polo junior, 31 August 1300.

*Will* (parchment, 666 × 378 mm.):

IN nomine dei Eterni amen anno ab incarnatione domini nostri ihesu xpisti  
millesimo trecentesimo mensis augusti die vltima Indicione terciadecima Riualti  
Cum sit non modicum periculum transf[r]etare. Idcirco Ego Matheus paulo filius  
condam Nicolai paulo de confinio sancti Johannis crisostomi volens ire in cretam  
ne repentinus casus huius uite fragilis me subripere intestatum mea propria manu  
meum scripsi et condidi testamentum. Rogans Petrum pagan Ecclesie Sancti felicitis  
presbiterum & notarium sana mente & integro consilio ut secundum ipsius scrip-  
turam quam sibi tunc dedi meo sigillo munitam meum scriberet testamentum si me  
de hoc seculo contingeret pertranssire cuius scripture tenor translato uulgari in  
latinum per omnia talis est. Constituo meos commissarios dominum Matheum  
paulum patrum meum et Marcum paulum fratrem meum & dominum Nicolaum  
secretum socerum meum et felicem paulino consanguineum meum. volo solui  
rectum decimum. Item dimitto omnibus monasteriis de grado ad capud aggeris  
soldos viginti pro quolibet. Item dimitto omnibus congregacionibus de veneciis  
hoc est de Riualto libras Centum quinquaginta ad hoc ut presbiteri ipsarum  
congregacionum teneantur facere omni anno anniuersarium pro animabus patris  
mei & Matris mee & mea. Item dimitto flordelixe filie mee libras duo millia pro  
suo maritare & ponantur in uadagno in veneciis in manibus bonarum personarum  
& vtilitas deueniat in ipsa mea filia flordelixe. Item dimitto dicte flordelixe filie  
mee prode mille librarum de meis imprestitis quod sit pro suis expensis donec  
ipsa erit maritata & postquam ipsa erit maritata volo quod ipse mille libre  
imprestitorum cum suo prode deueniant in meum heredem masculum si ipsum  
habuero & si non habuero heredem masculum volo quod ipse mille libre impresti-  
torum & prode ipsorum deueniant in meum fratrem Marcum paulum. Item dimitto  
Catarine vxori mee libras quadrigentas & omnes suos panos sicut ipsi stant ad  
presens. Item dimitto domine Marothe libras Centum. Item dimitto Pasque filie  
mee naturali libras quadrigentas pro suo maritare & si ipsa uellet ire monacha